



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De iudicijs. Iudicium plurifariam accipi, & quale sit in nostra specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

Sed postea Arcadius & Honorius. A. A. in l. Generali, de Tabul. C lib. 10. sancierunt, liberos homines esse, qui ad hoc munus adsciscerentur, nec servis amplius illud exercendi pateat aditus, ut ad veterem, priscumque morem restituisse videatur. Nic. Am. & Crassius.

LIBER III.

DE IUDICIIS.

Iudicium plurifariam accipi, & quale sit in nostra specie.

CAP. I.

SUMMARIVM.

- 1 Iudicium quindecim modis accipitur. & nu. 8.
- 2 Iudicium quid sit. & nu. 9.
- 3 Iudicium unde dicatur.
- 4 Iudicia qua de causa instituta fuere. & num. 6. & 10.
- 7 Iudex, secundum allegata & probata ius dicere debet.
- 8 Iudicium quomodo intelligatur.
- 11 Iudicis officium quale esse debeat.
- 12 Iudex in re dubia ad arbitres eligendum partes cogere potest.
- 13 Lites & contentiones mala sunt.

Iudicium a* iure nostro plurifariam accipi solet, nempe quindecim modis, quos docet glo. instit. qui. non est permi. face. test. §. preterea, verbo, iudicium. Sed nostro casu pro humano contentioso accipiemus, quod homo inter homines contententes exercet, de quo nobis nego-

b negotium erit. Quod sic diffiniemus. b Iudicium
 2 * est causæ, discussio cum cunctarum persona-
 rum interpositione: vel aliàs, est actus legitimus
 trium personarum, Iudicis, Actoris, & Rei, su-
 per eadem quæstione. c. forus, extra de verb. sign.
 3 ubi glo. arg. ca. 1. 4. q. 4. Dicitur * autem iudicium
 quasi ius dictum, quod veteres inquisitionem vo-
 carunt, unde & auctores, iudiciorum præposi-
 tos, quæstos, vel quæsitores vocant. d. ca. forus,
 quod nomen inquisitionis etiam vsque ad no-
 stra tempora traductum seruamus in altera spe-
 cie criminalis iudicij, in qua via inquisitionis
 procedi solet. c. Et institutum * est iudicium pro
 c bono pacis, ne homines in eorum controuersijs
 4 ad arma conuolarent. Estque d officium maxi-
 mè pium tum iudicis, cum ipsorum, qui litiga-
 toribus patrocinantur, si iudices & causarum
 patroni, quorum officium potius esset pij medi-
 atoris pie atque christianè agerent, sed omnia
 ad vitium, ubi enim pietatis officium erat, ut
 proximos inuicem controuertentes ad concor-
 diam Christianamque pacem, quasi pij modera-
 tores conduceremus, nunc est utilitatis atque
 uaritiæ, ut nobis ipsis bonas paremus opes iure
 vel iniuria. Isque in hac arte magis celebratur,
 qui sua calliditate ac cauillo & inuersa consci-
 entia lites sibi nutrit, citiusque ditatur. De omni-
 bus non loquor, sed hoc timoratae conscientia
 tuæ relinquemus, ac rem nostram prosequi-
 mur.

ANNOTATIONES.

Iudicium.) Iudiciū * nostros apud Iurisconsultos va-
 rijs modis dicis in confesso est, quos Spe. de iudi. §. 1. & 2.
 & Interpretes in Decretalib. & Iustiniano Codice inuolunt.

eod. tit. bene cumulateque recenserent. Sed iudicium illud qui
 dem in primis accipitur, quod coram iudice pro ordinatione
 causa discutiende in iure fit. Et est actus trium personarum:
 scilicet iudicis, actoris, & rei. Sicque Casareo in iure atque
 Pontificio in tit. de iudi. capitur, & in cap. form. de ver. sig.
 Et iudicia * teste Cicerone in oratione pro A. Cæcin. & pri- 6
 mo de Oratore, Aut distrahendarum controuersiarum, aut
 puniendorum malefactorum causa reperta sunt. Dicitur etiā
 iudicium (& si nostrates hoc omiserint) diuinitio illa, cum
 de constituendo accusatore queritur, iudiciumque super ea
 redditur, cui nam potissimum ex duobus pluribusve accusa-
 tio, subscriptiove in reum permittatur: tunc enim, qui nam
 magis ad accusandum idoneus sit, quasi diuinare iudicem a-
 portet, ut Gell. testatur lib. 2. cap. 4. Cui rei affine illud esse
 videtur, quando iudex ex coniecturis, presumptionibusque
 suam fert sententiam, iuxta tradita in c. afferte, de præsump-
 nempe ad iudicandum & quodammodo diuinandum, tunc
 iudex conicitur, quanquam veteres deficientibus testibus,
 ex probabilibus etiam signis iudicabant, idque erat, quod di-
 cebant, Suffragio optimo, ut Aristoteles refert lib. Reth. pri-
 mo. Nos verò hoc genere probationis alias inuari, non autem
 constitui putamus, quod quidem intelligendū erit, nisi iudex
 suam sententiam ex præscripto, lege, edicto, senatusconsulto,
 aut testimonijs reddere teneatur, et enim secundum leges, ne
 aliter tunc diuinare necessum erit, illarumque normam ser-
 uare obstringitur, reum siue absoluant, pœnis vel ipsam inno-
 dent, prohibeant ve aut permittant, neque latum vnguem ab
 eis discedere fas erit. Hinc * est, quòd secundum allegata &
 probata (ipa enim dici solet) iudices lites dirimere tenentur.
 l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. vbi Bart. ceteriq; hoc
 autumant, & Fel. qui latè scribit in ca. pastoralis. §. quoniā.
 de off. deleg. Et vsque adeò hoc verum est, ut si particulari
 sententia aliud iudex p̄cepit, nihilo secius secundum pro-
 bationes suam proferre sententiā debet, quam quidē opinio-
 nem

Com.opi.

nem inter interpretes receptionem esse testatur Conuaria
 lib. Vari. r. sol. primo. nu. 6. vbi affatim rem hanc explicat
 necnon Hieronymus Magius Iurisconsultus Anglarensis lib.
 4. iurisconsultas siue commentariorum ad l. cum vir natus
 C. ad l. Inl. de adult. Quin etiam inter Theologos crebrius
 calculo hanc opinionem receptam esse, ex dictis D. Thoma
 minium precipui, veritatisque indagatoris diligentissimi p
 tet 2. 2. q. 67. art. 2. & Caiet. ibi, atque Sylues. Prier. insu
 ma in verbo index. 2. q. 5. Caterum ¶ quomodo intelligat
 iudicium, à multis dubitatum est, aiunt enim plerique p
 litem contestatam tantum esse iudicium, auctoritate Isidori
 relata in d. cap. form. Alciat. tamen hanc improbat sententi
 am in disputat. 2. cap. 24. vbi Isidorum arguit, vehementer
 que etiam male dictis eum aggreditur. At ipse creditur
 non ad vocabuli etymologiam Isidorum eiusque consuetu
 res respexisse sed ad causas, discussionumque perfectam
 amen, nam tunc certe ipsa que lite contestata peculiariter
 dicitur l. cum fundus, vbi l. s. nu. 4. ff. si cert. pet. a
 eum ecclesia, ibique Dec. nu. 4. de appell. & tradunt Prop
 in rub. C. de eden. nu. 17. & doctissimus praeceptor meus
 Ioan. Bolagnettus in l. edita nu. 19. eo. tit. Sicque Isidorum
 ipsiusque consuetudines defendi posse arbitror, alias iure do
 ctissimo Alciato per ea, quae in medium affert reprehensa
 fuisse facile quisque existimabit. Nic. Anto. Grauatium.

b
9

Quod sic. Quid * sit iudicium, quotque modis defini
 tur, Doctores legas in Pandectis, Iustiniano Codice & De
 cretalibus in rubr. de iudic. atque Rober. Maran. in praxi
 2. part. in princip. vbi latè differit.

c

10

Et institutum. Iudicium * nempe ex necessitate in
 ventum fuisse neminem latet, ne quis propria auctoritate in
 sibi dicere, aut ultionem sumere auderet, l. nullus. C. de in
 de. cap. nisi bella, vbi Glossator. 23. q. 1. cap. ad hoc. 16. q. 1. &
 tradit Spec. tit. de off. om. iud. §. potest, in principio. Nemo
 certe domi securus viueret, si iudicia instituta eorumque
 magis

magistratus non fuissent. Quinimò parum nobis leges pro-
fuissent, iuxta Iuriscors. l. i. sententiam in l. 2. §. post origi-
nem. ff. de orig. iur. Essent quidem leges absque magistrati-
bus tanquam navis sine gubernatore, & sine duce ipsa pha-
lanx, revelati si ex choro ipsum choryphæum auferre v. lis.
Magistratus nanque lex est loquens, ut Cicero tertio de legi-
bus probat, & in oratione pro Cluent. Idcirco non immerita
voce Pindarus Iustitiam a sive interprete mutam esse acie-
bat. Iudex certe quasi animatum ius est, nam græcè δίκη ἄνθρω-
πῶν, & δικαστὴς iudex dicitur. Nico. Anto. Gratia.

Estque officium. Verissimi* iudicis officium est, li-
tes componere, pacemque omni cura ipsa ne turbetur Respu-
inter omnes querere, iuxta politicum Vlpiani præceptum in
l. congruit. ff. de offi. præsi. ubi Bart. ceterique adnotant, &
in l. 1. §. & post. ff. de no. ope. nunc. l. æquissimum. de vs. fr.
& c. finem litibus. de dolo & cont. l. si in l. quidam existi-
mauerunt. num. 3. ff. si cert. pet. & Afflict. decis. 13. in fin. &
deci. 149. num. 6. Hinc est, ut ipsi literis prodiderant, quod
* in re dubia, aliquibus tum etiam c. sibus iudex pro compo-
nenda lite controuersantes ad communem amicum, arbi-
trumque eligendum compellere potest. Quæ de re cum his
nostri non sit instituti eam pertractare, quia longus esset ha-
bendus sermo, Felinum cons. l. re poteris in rubric de trouga
& pace. Lanfranc. in tracta. de arbit. quæst. 45. Caccia. l.
tract. de trans. quæst. 26. Barba consi. 1. colum. penult. li. r. 3.
Iso. præcitato loco, & Polit. qui eleganter loquitur in trac.
substi. in materia pupilli quæst. 8. colum. 3. Sed quod ad no-
stram attinet propositam materiam scitis est ab eis illud as-
sequi, optimi iudicis munus esse, lites componere. Et iure qui-
dem, ut eæ dirimantur, inimicitie, contentiones, atque dissi-
dia, quæ* florentes etiam vrbes euertere, soloque æquare
possunt. Idcirco in iudicio (maximè pio Christiano) non con-
tendere conuenit, ut Seruator noster ait Matth. 5. Ego autē
dico vobis non resistere malo sed si quis te percusserit in de-

xtiram

alteram maxillam tuam, praebe illi & alteram: & si
 vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere
 dimitte ei & pallium, & quicumque te angariauerit milia
 passus, vade cum illo, alia duo. Haec Redemptor noster. Lites
 enim controuersias atque contentiones maximum nobis dan-
 num afferre, ex D. Paulo docemur ad Rom. 2. & 1. Thess.
 4. & Corinth. 6. Non ergo iniuria inter ethica praecepta
 risconsultus monumentis prodidit in litem si res, s. vltim.
 ff. de aliena. iud. mut. cau. fa. Quod verecunda cogitatio eius
 qui lites execratur, non est vituperanda, magna certe es-
 pense labores atque molestiae litigantes sequuntur, etiam
 victores euaserint, ut satis sit semel vinci, quam sepius
 vincere & diutius litigare. Hinc Cicero lib. 2. offic. admonet
 litibus quantum liceat, & nescit an paulo plus etiam, quam
 liceat abhorre, esse quae non modo liberale nonnunquam
 iure suo decedere sed etiam fructuosum. & in hanc senten-
 tiam multa adducit Luc. à Pen. in l. litibus. C. de agric. &
 cens. lib. 11. Agant ergo iudices, quod debent, iustitiam colant
 lites ne foueant, eae ut immortales quodammodo fiant: &
 Sincerè, ut iura sanciant ius suum cuique tribuant, illudque
 prae oculis semper habeant, Leui. 19. & 24. Non facies, quod
 iniquum est, nec iniuste iudicabis, non consideres personam
 pauperis, nec honores vultum potentis, equum iudicium
 inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit. Nicolai
 tonius Grauiatius.

Iudicium nostrum multiplex in specie, & plures
 eius diuisiones.

CAP. 11.

SUMMARIUM.

- 1 Iudicium multiplex est. & num. 15.
- 2 Iudicium aliud ciuile, aliud criminale, aliud mix-
 tum.

3 Iudi-